



320
20

Z. n. 18.



18. iig.



Joannis Weinkens Navaschia Selingradiana prod. Transf.
ad Moen. 1713. in fol. 2. Alph. 12. pag. Vide Hufsch. Nauf.
A. 1713. p. 273. G.

Bibliothecae Bergensi
insertus est hic liber

1759

Abbate

Johanne Adamo Steinmetz

Q. D. B. V.
AUGUSTA
AUGUSTORUM
PIE BEATEQUE DEFUNCTORUM

OPERA
SERENISSIMOS PRINCIPES AC DOMINOS,
DOMINUM

AUGUSTUM

DIVUM ILL. AUGUSTEI FUNDATOREM
ET
DOMINUM

JOH. ADOL-
PHUM

DIVUM EJUSDEM STATOREM

*DUCE SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE AC MONTIUM ANGARIAE ET WEST-
PHALIAE, LANDGRAFIO THURINGIAE, MARCHIONE MISNIAE ET UTRIUSQUE LUSA-
TIAE, COMITES PRINCIPES HENNEBERGAE, COMITES MARCE, RAVENS-
BERGAE ET BARBIAE DYNASTAS RAVEN-
STEINII &c. &c. &c.*

PRINCIPES AC DOMINOS NEC NON NUTRITORES QUONDAM

NOSTROS MUNIFICENTISSIMOS AC CLEMENTISSIMOS
QUORUM HIC D. 24. MAJII 1697. ET ILLE D. 4. JUNII 1680.
IN DOMINO OBIERUNT,
ÆTERNUM SECUTURA
EX APOC. XIV, 13. EXPONENS

AD
ORATIONEM ANNIVERSARIAM
MEMORIAE DIVORUM PRINCIPUM PIE RECO-
LENDAE SACRAM

D. 4. JUNII IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI
AUDIENDAM

ILLUSTRES AULAE SERENISSIMAE MINI-
STROS, UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES LITERA-
RUMQUE CULTORES UNA CUM
CIVIBUS ILL. AUGUSTEI
OFFICIOSE HUMANITERQUE

INVITAT
M. CHRISTIANUS REINECCIUS SS. TH. B.
CONSIL. SAXO-QUERF., ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.



Ulcundissimum Mortalibus in genere humano hoc Dei oraculum est, quod legitur Apoc. XIV, 13. Μακαριοι οι νεκτοι οι εν Κυρω παθησασκοιτες απατη. Να, λέγει το πνευμα, να αναπαυσθησιν εκ των κοπων αυτων, αι δε εργα αυτων ειναι εν τα μετ' αυτων. Iis, quæ ad ipsas beatitudinis huius declarate circumstantias pertinent, jam non inherebimus, nec prolixi erimus in discutendis iis, quæ quaruntur de mortuis, an Spiritualiter tales, sc. qui mortui sunt mundo, peccatis &c. intelligantur, ut *Ambrosius* & *Alcasar* censent, an potius

qui corporaliter & morte naturali excedunt? item an voces εν κυρω vertende sint propter Dominum, seu Domini causa, i.e. propter confessionem fidei in J.C., quod sentiunt *Beza*, *Junius*, *Piscator*, *Medus*, *Brighton*, *Grotius*, *Carolus Gallus*, *Launæus* &c. an potius in simplici litera manendum sit, ut in Domino mori sit idem ac in vera fide & in communione J.C. mori? Porro quid illud απατη, & quo referendum sit, & quid significet? Nam *Beza* placuit lectio απατη omnino, perfecte, cui merito opposuit *Gatakerus* in Animadv. p. 387., quod Beatitas Sanctorum omnibus numeris non sit consummata ante resurrectionem, nec temere movenda lectio, aut arripienda minus obvia vocis acceptio. Retenta autem communi lectione απατη, adhuc disputatur, quo referri illud απατη, debeat. Omnium ineptissime, iudice *Joh. Marekio* ad h.l., *Grotius* retulit ad verba illa λέγει το πνευμα quasi dictum foret: jam nunc pro certo polliceor, ait Dei Spiritus, quod in quodam Codice se quoque offendisse testatur *Franciscus Lambertus* h.m.: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo dicit jam Spiritus, ut requiescant &c. Quasi promissum hoc non foret vetus, & non de amem non differret. Nam omnes vere credentes etiam in V.T. fuerunt beati. Vid. Pl. 32, 1. & Act. 15, n. Nec melius *Arctius* contra omnem ordinem vocum απατη connectit cum γεγινησεν h.m.: πνευμα λέγει, γεγινησεν απατη Spiritus dicit: scribe nunc. Quidam ex Pontificiis referunt ad αναπαυσθησιν εν τω κοπω, cujus sententia auctorem laudat *Picherellum* cumque sequitur *Launæus*; sed & hoc contra communem & naturalem interpunctionem, etsi alias beatitudo per quietem hanc à laboribus exponatur hoc ipso loco. Plures απατη conjungunt cum παθησασκοιτες εν κυρω, ut sensus sit: Beatos esse, qui ab hoc tempore in Domino moriuntur. V. *Piscator* & *Brigmannus*. *Piscator* significare ait, supplicia Christianorum paulo post incipitura & deinceps continuatum iri. *Brigmannus* indicari dicit, coronam cælestis gloriæ non minus manere eos, qui cadunt in pugna contra bestiam, quam illos, qui Christi causa cruciati sunt olim ab E. hnicis. Verum in hac etiam interpretatione, monente *Marekio*, licet non negetur prioribus quoque seculis mortuos beatos fuisse; quod incommodum ex hac constructione metuebat *Beza*, sed tantum de his temporibus hic agatur, quod singulare hoc solatium flagarent, tamen quod supponitur de martyrio solum hic agi, non probatur, nec apparet satis, cur solatium contra mortem à bestia illatam magis sit necessarium, quam contra Draconis per Gentiles insultus, nec tandem dicitur morientes abhinc etiam beatos fore, sed simpliciter eos beatos esse. Sed nec sententia *Hammondi*, *Cocceji*, *Gatakeri* aliorumque quæ illud απατη ad mortuos, vel ad integrum axioma refertur, omnem assensum meruit. Juxta illos dicere voluit Spiritus: tantam fore afflictionem & calamitatem horum temporum, ut, qui mortui fuerint in Domino, h.e. in communiōne Christi placide defuncti, censi debeant beati, quippe in tempore exempti magnis illis malis, quæ superstitibus ejusdem fidei confortibus essent sustinenda: adeoque tempus inflare, quo satius sit mori quam vivere, quod in vita nihil, nisi labores sint, in morte autem requies, ut loquitur *Coccejus*. Verum sic integer scopus verborum

mu.

mutatur, & ad terrorem ducent, quæ consolationi & excitationi destinata sunt, quin & omni tempore mors beata vitæ est præferenda huic miseræ, quod non tantum *Marckius* h. l. advertit, sed & *Viering* fatetur. Fateor, hic inquit, expositio est commoda & nihil obstat, nisi quod verba in hanc accepta sententiam, nihil faciant ad consolationem, credentium, qui afflictis his temporibus viverent, sed potius ad magnum iis incurientium, dum instantium malorum metum; & videtur tamen hæc sententia esse *ὀφειμένη* ad, animum addendum sanctis, qui hoc tempore viverent, quo mala gravissima Ecclesiæ, imminencia fortiter perferrent, quippe gloriosa post mortem gavisuri quiete. Quapropter cum plerisque Interpretibus aliis illud *ἀπαρὴν* juxta naturalem positum & enunciationum rationem, in quibus ejusmodi adverbia & restrictiones pertinent ad prædicatum, potius referimus ad beatitudinem, qua potantur mortui ab illo ipso temporis momento, quo ex hac vita discedunt. Nec sola beatitudo, sed ejus sic additum momentum solatium parit sanctis & fidelibus Dei confessoribus. Est vero momentum illud non tempus *Ascensionis Christi*, quod placuit nonnullis Pontificiis limbum tuentibus; nec dies *novissimus*, quod *Papiste* alii cum *Bellarmino* l. i. de Purgatorio c. 12. & *Cosiero* in *Enchirid.* c. 14. ad sustentandum Purgatorium defendunt, quodque absque illa hypothesi amplectitur *Medus* h. l. & *Cottherius*, sed & absque fundamento, cum nihil in textu sit, quod nos eo ducat: sicut & *pro Parei* sententia, qui initium hujus beatitatis existimat esse *tempus repurgatæ à Papatu doctrine*, quo mortui beati futuri i. e. tales sine prædicandi, in textu de tali prædicatione nihil habetur. Sed verissimum hujus beatitudinis momentum voce *ἀπαρὴν* indicatum est tempus mortis, ex quo mortui morientes in Domino sunt beati, abhinc i. e. ab illo ipso tempore, quo animæ ex corpore excedunt & moriuntur in Domino, *κατὰ τὴν πάλαιαν*; videlicet in præsentem statim tempore, simulatque igitur sunt *κατὰ τὴν πάλαιαν* morientes & mortui, confestim sunt *μακάριοι* beati. Quo de pluribus videantur Commentatores *Chytræus*, *J. Gerbardus*, *J. G. Gerbardus*, *Kromayerus*, *Feuerbornius*, *Calovius*, *Fechterus* &c. item *Beza*, *Bullingerus*, *Arcius*, *Marckius* &c. & ex Pontificiis *Estrius*, *Corn.* a *Lapide*, *Ribera*, *Richardus de S. Victore*, &c. quibus præivere ex antiquioribus *Augustinus*, *Ambrosius*, *Haymo*, *Hugo* &c. Et quod pii mortui revera statim à morte beati sunt & prædicentur, S. Oracula nos docent aliis locis pluribus *Esa.* 57, 2. *Luc.* 16, 22. 23, 43, 2. *Cor.* 5, 18. *Philipp.* 1, 23. Quæ & alia pluribus jam persequi non licet, qui impræsentiarum oculos nostros in *Augusti AUGUSTORUM Opera* convertimus, & ad illa proinde verba *τὰ δὲ ἔργα ἀποτῶν ἀποκαθάρσει πρὸς ἀποτῶν* attendimus. In quibus pro particula *δὲ* *Codex Alexandrinus*, forte & *Vulgatus* legit *γὰρ*, quod præferendum judicat *Grotius* h. l., & *de* per *γὰρ* exponunt *Maldonatus*, *Beza*, *Piscator* &c. sicut & *B. Lutherus* vertit *DEUM*, quem sequitur *Feuerbornius* & alii; vel etiam copulative vertunt & interpretantur per *ET*, vel *sed ET*, vid. *Gatakerus* l. c. Verum vulgaris & consuetæ particulae hujus *δὲ* acceptio adverbativa nobis h. l. retinenda videtur, qua indicatur, opera ipsa non inutiliter esse peracta, ut nullum amplius usum habeant aut fructum ferant, siquidem & ipsa sequantur pie beateque defunctos & in quiete constitutos, remunerationem gratiosè à Deo promissam præstolantia. Ego rationem non vidi *bañenius*, sunt verba *Joh. Marckii* l. c., *cur sensum adversativum hic debeamus rejicere, imo puto eum magis esse commodum, ne, quietè à laboribus memorata, ideo crederetur opera priora omnia frustra esse facta, ET bona eaque quam mala in morte desutura.* Dubium vero nullum est, quin opera bona fidelium per concessas Gratiae vires præstita tantum intelligantur, mala enim opera mundi & carnis in hunc censum venire non possunt nec dici opera morientium in Domino, eosque in morte sequi. Ut autem opera h. l. ab Interpretibus non uno modo respiciuntur, sed vel metonymice intelliguntur de mercede, effectu ET fructu operum seu præmiis in vita aeterna, *V. Gerbardus*, *Beza*, *Coccejus*, &c. vel de memoria factorum ut *Grotius*; vel de commendatione, vel de imitatione: item de operibus in vi-

ra præstitis ab ipsis illis, qui in Domino moriuntur, non ab aliis, nec etiam alio tempore: ita *τὸ ἀκούειν* varie enunciatur de operibus. *Feverbornius* in Synt. II. diff. 2. p. 146. Opp. tres modos affert, quibus Opera piorum pie defunctorum, consequuntur eos. (1.) quoad *divinam remunerationem*, cum pietas habeat promissionem huius & futuræ vitæ. Tim. 4, 8. (2.) quoad *Dei & hominum commendationem*. Quia Deus & pii homines collaudant pie defunctos, qui præclara opera præstiturunt. Prov. 10, 7. Et (3.) quoad *imitationem*. Nam homines superstitēs pie defunctorum laudatissimis vestigiis tenentur insistere. His *Cicero* addit (4.) quoad *continuacionem*, quod non desinant fieri in altero seculo opera confessionis & celebrationis Nominis Divini, Sanctitatis & Iustitiæ &c. Quæ ut bene se habere possunt omnia, immediato tamen sensu intelligi possunt opera in hac vitâ à Sanctis præstita, quæ eo modo dicuntur sequi defunctos, quo opera Cornelii ascendisse in memoriam coram Deo leguntur Act. 10, 4. conf. 1. Cor. 15, 58. item Apoc. 18, 5. Eaque, quam insituit *J. Fechtius* ad h. l. totius versiculi paraphrasis nobis aridet. *Beati sunt mortui morientes in Domino ab nunci. e. illi omnes, qui ex hac vitâ in vera fide, Christo atque merito ipsius innixa & in confessione Christiana constanti decesserunt, discedunt & discedent, statim ab eo tempore, quo mortem obierunt, beati sunt, & propterea etiam, ut æterno fruentes gaudio tales jure merito prædicandi. Na dicit Spiritus i. e. Spiritus Dei Sanctus, ut Spiritus Veritatis, hoc ut certissimum quid testatur & asseverat: ut requiescant ex laboribus suis h. e. ut ceu liberati ac exempti ab omni molestia huius mundi & vitæ, quiete summa gaudeant. Opera vero eorum sequuntur cum illis, in conspectum quasi Dei veniunt, à quo & gratuita præmiorum opera, tanquam fidei pietatisque testimonia, sunt reportaturi. Ut adeoque sensus idem hinc fluat, quem alii metonymice fumentes opera dictis nostris tribuerunt. V. *Marckius* & *Fechtius* ad h. l. Quanta vero hæc sit Mortalium felicitas, ut pie morientes statim beati in conspectum Dei admittantur, opera eorum illos sequantur & præmiis celestibus afficiantur, non sine leta animi commotione jam perpendimus. Et hac beatitudine & felicitate potiti sunt *Principes & Nutritores quondam Illustris Augustei Serenissimi, Divus AUGUSTUS & Divus JOHANNES ADOLPHUS, Duces Saxonie, Julia, Clivia ac Montium, Angariæ & Westphaliæ, Landgravi Thuringiæ, Marchiones Misnie & utriusque Lusatiæ, Comites Principes Hennebergæ, Comites Marcæ, Ravensbergæ & Barbie, Dynastæ Ravensteinii &c. Principes gloriosissime beatissimæque memoriæ, in conspectu Dei versantur, beatissima quiete fruuntur, & Augusta opera fidei ac pietatis documenta eosdem æternum sequuntur, in cælis præmiis afficiuntur & celebrantur in terris. Augustum certe opus Illustris Augusteum est à Divo AUGUSTO fundatum ejusdemque Serenissimo Filio JOH. ADOLPHO conservatū & in hunc diem amplificatum. Hanc Scholâ Augustâ multis beneficiis dotarunt, Auditoria exornarunt, in quavis Facultate Professores constituerunt & aluerunt, qui Studiosam Juventutem bonis artibus imbuerent. Sed hodierno die in his Sacris Emortualibus Ipsi SERENISSIMI PRINCIPES ac NUTRITORES in Illustri Augusto nostri sunt Doctores & Scholam Sapientum aperiant, quem olim Numa Pompilius Romanorum Princeps in suo Conclavi adornasse legitur: in qua UNUM NECESSARIUM docent, à quo omnia pendent, perpendendum. Unum necessarium, præ quo omnino obliviscendum, addiscendum. Unum necessarium, semel moriendum, sed quotidie exercendum. Hanc ergo SCHOLAM SAPIENTUM in Sacris Emortualibus SERENISSIMORUM PRINCIPUM ut futuro d. 4. Junii mecum ingrediantur & Illustris Augustei Serenissime Ministri, & Procures Utriusque Reipubl. nec non Literarum Cultores & Cives Ill. Augustei, enixissime rogo atque oro. P. P. in Festo SS. Trinit. A. O. R. MDCCXXII.**

Leucopetra, Litteris G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.



Nr 885.
40

ULB Halle 3
001 556 347



Sb.

Witt

2. C.





Q. D. B. V.
AUGUSTA
AUGUSTORUM
PIE BEATEQUE DEFUNCTORUM

OPERA
SERENISSIMOS PRINCIPES AC DOMINOS,
DOMINUM

AUGUSTUM

DIVUM ILL. AUGUSTEI FUNDATOREM

ET
DOMINUM

ADOLPHUM

EJUSDEM STATOREM

CLIVIAE AC MONTIUM ANGARIAE ET WEST-
INGLAE, MARCHIONES MISNIAE ET UTRIUSQUE LUSA-
HENNEBERGAE, COMITES MARCAE, RAVENS-
BURGENSIS BARBIE DYNASTAS RAVEN-

STEINII &c. &c. &c.

OS NEC NON NUTRITORES QUONDAM
VICENTISSIMOS AC CLEMENTISSIMOS

24. MAJII 1697. ET ILLE D. 4. JUNII 1680.

DOMINO OBIERUNT,
SERVITURUM SECUTURA

APOC. XIV, 13. EXPONENS
AD

ANNIVERSARIAM

ANNIVERSARIARUM PRINCIPUM PIE RECO-
MMENDAE SACRAM

MEMORIALI IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI
AUDIENDAM

MINISTERIAE SERENISSIMAE MINI-

STERIAE REIPUBL. PROCERES LITERA-

RIOS CULTORES UNA CUM

MEMBRIS ILL. AUGUSTEI

COMITIBUS HUMANITERQUE

INVITAT
HONORABILISSIMUS REINECCIUS SS. TH. B.

PHYSICUS, ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

